



240.

Accuratissima & Succincta  
**DELINEATIO**

*Sceleti Humani*

h. e.

**TABULÆ  
OSTEOLÓGICÆ**

f.

**TRACTATUS**

*PP. Eremitarum Carmelitane de Jonsuie Vigrenis*

**OSSIBUS**

*Corporis Humani*

Haec tenus nunquam editus, in quo secundum

Methodum recentissimorum Anatomicorum tota doctrina de Ossibus est conscripta, atq; in Tabulas, in Usum Medicinæ Tyrorum redacta

Studio & Opera

**D. Davidis Herrmanni**

Medic. Pr. Gorlic.

---

BUDISSÆ

Sumptibus Davidis Richteri

1717.



*J. Tobias*

**PERILLUSTRIBUS  
MAXIME REVERENDIS ac GENERO-  
SISSIMIS DOMINIS,  
DOMINIS PRINCIPATIIS GORLICEN-  
SIS LUSATIÆ SUPERIORIS  
PATRIBUS PATRIÆ  
GRAVISSIMIS,**

Dominis suis ac Patronis omni obseqvii cul-  
tu devenerandis, cum appreciatione omnigenæ prospe-  
ritatis, hocce Specimen consecrat.

**D. David Herrmann, Gorlic.  
Medic, Practic.**

Bj. Briem. F. N. 1

• • •

*Perillustres, Maxime Reverendi ac Genero-  
sissimi,*

*Domini & Patroni Gratosissimi.*

**C**Um per Dei gratiam tempus iterum ap-  
paruerit, qvo Comitia Vestra Anniver-  
saria Publica, à priscis temporibus usui publi-  
co universæ nostræ superioris Lusatiae sanctè  
dicata & destinata, in Panegyri solenni admo-  
dum, reiterantur, neminem fore facile confi-  
do, qvinon gratô animô hanc Dei pronœam  
agnosceret, atq; tantis Viris, qui fulcra atq;  
Columna salutis nostræ publicæ pariter atq;  
privatae jure meritoq; habentur, optima  
qvæq; apparetur. Nostra sane Lusatia,  
tantis columnis & Viris suffulta, qvorum or-  
thodoxa pietas, excellens eruditio, omnisq;  
optimè administrandæ Reipublicæ cognitio  
atq; peritia, ex Principiis & fundamentis opti-  
morum multo labore, multisq; periculis, judi-  
cioq; exaltato atq; subacto acqvisita, ac con-  
tinuo cum successibus exoptatissimis atq; uti-

\* \* \*

lissimis, hucusq; exercita, maximè perspecta  
atq; cognita habetur, non potest non esse o-  
mnium felicissima, salvis tot prudentibus Rei-  
publicæ Fulcris & diligentibus Imperii, salva  
qvoq; cujusvis salus cunctis temporibus tam  
fagæ qvam togæ deprehenditur. Deus Regi-  
men hoc Illustre & Generosissimum in insi-  
gne Ecclesiæ & Politiæ commodum à seculo  
in seculum, atq; in omnem æternitatem cle-  
mentissime conservet! Omnia proinde no-  
strum ex merito intererit, ut qvivis cordatus  
incola, sive sit Theologiæ, sive Juris pruden-  
tiæ, sive Medicinæ , sive Oeconomiæ dedi-  
tus, in id sedulo incumbat, ut tot tantisq; Ful-  
cris, Patronis atq; Evergetis, qvorum curæ  
tutelæq; omnia nostra cum Deo innituntur,  
gratum atq; acceptum, religiosum atq; offici-  
osum sese offerat atq; mancipet. Ego mini-  
mus ex Vestratisbus, qvibus dulce solum pa-  
tria, Lusatia superior nostra & Principatus  
Gorlicensis est, præsentem me sisto, humillimè  
offerens Specimen aliquod Anatomicum, in

Tabu-

Tabulas redactum, ad corpus Humanum  
spectans, non totam Humani Corporis ma-  
chinam seu fabricam, sed tantum ejus partem  
externam ac minimam complectens. Constat  
enim inter omnes, & præprimis inter Medici-  
næ Candidatos, quantum utilitatis & coño-  
di obveniat, prolixum Medicinæ scrutinium  
& studium in Compendio Tabulis inclusum  
ad manus & ob oculos habere, qvibus in Col-  
legiis & in suis Conceptibus circa hanc vel  
illam materiam Anatomicam breviter & suc-  
cincte cognoscendam commode uti possint.  
Hinc animus mihi est, Anatomiam integrum  
juxta principia & modos Modernorum Ana-  
tomicorum in partes certas distributam pro-  
mulgare, ut ope Tabularum istarum qvivis  
Medicinæ Tyro accuratam cognitionē Ana-  
tomiae corporis Humani interioris & exterio-  
ris facillimo negotio sibi possit comparare.  
Vobis vero, *Viri Perillusres. Maxime Reve-  
rendi ac Generosissimi, Mæcenates optimi Ma-  
ximi, Vobis, inquam, Fulcris nostræ Lusatiae*

\* \* \*

Superioris Splendidissimis, has primitias *Anatomicas Osteologicas* tantum offero, do, consecro, sub qvorum tutelâ & curâ & Patrocinio vivere & Praxin qvoq; meam Medicam exercere cum Deo constitui, de Veltra Potentia & Promptitudine juvandi mei optima qvæq; mihi promittendo, enixisse etiam atq; etiam supplex contendens, velint Primitias hasce Anatomicas benigno animo & serena fronte, haut gravatim accipere, meorum studiorum atq; conaminum patentes Promotores & Patronos sele exhibere, persuasissimumq; sibi habentes, me omne tempus, omne studium, omne corporis & mentis meæ meditamentum eo esse intensurum, qvo desiderii Vobis & Vestratisbus interviendi luculentissimum prostatre possit testimonium. Hilce *Vos, Vestræsq; Familias Perillustres & Generosissimas*, Deo ter optimo terq; Maximo, cum precibus enixissimis ad Deum fusis, humillime commendo, ad cineres usq; perseverans

## VESTRORUM NOMINUM & NUMINUM

Scribeb. Gorlicii  
in Ædibus Paternis  
d. 8. Januar. Anno

1717.

Cultor perpetuus & subjectissimus Ciliens,

D. David Herrmann, Gorlicens.  
Medic. Practicus.

J. B.

# LECTOR BENEVOLE.

**H**abebis hic novas *Tabulas Osteologicas*, qvæ ad methodum & normam Recentissimorum & Hodieñorum sunt accommodatae. Novi quidem, multos nasutulos risum moturos, qvod collecta & excerpta mea publico tradere, ausus sim. Sed, Mome, a parva etiam candela radios dimitti, scito, licet non in insignes dissipentur ambages. Collegi non solum in Curriculo meo academico varias observationes, qvas a Viris Rei Anatomicæ peritis per discursum audivi, sed qvoq; in Anatomis publicis & sectionibus privatis varia alias cognita atq; etiam, intimius inqvirendo, alias operta, nova observavi aperta. Imprimis in Illustri Academia Lipsiensi tanta mihi affulsa fortuna, ut non solum celeberrimorum, Anatomicorum *Rivini*, *Pauli*, *Schacheri* & *Nabothi* interfuerim Collegiis, atq; eorum Discursus, quantum possibile, amotaverim; sed & ipse inclyto Professori Anatomices *D. Pauli*, Anatomiam publicam verbis & factis profitenti a manu steterim. Fateor qvoq;, qvod etiam aliorum Anatomicorum Scripta, imprimis *Tabulas Anatomicas à Celeberrimo Welschio* egregie conscriptas, *Anatomias Bartholini*, *Verheyn*, *Ruyschii*, &c. perlustraverim, & ex his *Doctrinam de Ossibus Corporis Humani* in epitomen redegerim. Praeteritis temporibus sane *Tabulae Anatomicæ Welschii* antecelluerunt; ast cum ab Anno 1697. ad hodiernum usq;, varia imprimis in *Osteologia* ab accuratioribus Anatomicis sint observata & detecta, qvæ alias fuerunt abscondita & obiecta: Iubuit hæcce novissima, quantum fieri potuit, *Tabulis præsentibus* in apricum producere. Profecto erubescentem, si silentio vellem præterire, qvod Inclyto *Rivino* & oculato *Nabobo*, Viris Re Anatomica consummatissimis, meam qvalemcunq; scientiam Anatomicam magna ex parte debeam, qvi differendo & secando suis Auditoribus omnia necessaria sedulo & fideliter ob oculos posuerunt & incalcarunt. Itaq; hæcce conamina mihi non imputaverim, sed tanquam fructus discursuum Celeberrimorum Anatomicorum existimaverim, atq; mihi id non sumam, ac si omnia ex meo deprompta sint cerebello. Certo autem, Benevole Lector, Tibi persvasum habes,

◎ ◎ ◎

bes, hascē Tabulas Osteologicas non pro Viris rei Anatomicæ peritis,  
sed in usum & commodum Medicinæ Tyronum esse conscriptas & edi-  
tas. Quemlibet Commilitonum non pœnitibit, si has plagulas horis  
succisivis perlegerit, siquidem omnium ossium accidentia accuratius per-  
lustravi, & uti in Anatomis publicis, sectionibus privatis & Collegiis  
anatomicis observavi, fideliter apposui. Si vero, uti nemo absq; ma-  
cula, non omnia omnium gustui sint accomodata, liceat etiam do-  
ctiora & magis nova addere inventa. Præsentes Tabulas pro ingenii  
modulo contexui. Tandem, si hæ primiæ fuerint acceptæ, imposte-  
rum, Myologiam, Nevcologiam, Adenologiam, Splanchnologiam,  
atq; totius Corporis Humani fabricam, in modum Modernorum in  
Tabulis publico offerre; nec non varia secretiora in Chymia, Alchy-  
mia & Praxi observata orbis literarii judicio & commodo subjicere, me-  
cum constitui. Interim Benevole Lector, non nimis rigide & pro  
affectu, sed pro more Tuo, hoc est, benevole censeas, & errata, si qvæ  
irrepererint, typographica, qvæ ob temporis angustiam corrigi non po-  
tuerint, haut gravatim corrigas. Tibi reciproca pollicear officia  
& judicia. Vale! Scribebam Gorlicij die 2. Januar.

Anno 1717.

PARS

I

## Pars I.

### De Ossibus in genere.

Notanda sunt sequentia.

I.

**D**efinitio. Os est pars durissima corporis humani, alba & sensu expers, inserviens ad stabiliendas reliquias corporis partes. *In scelto utr. fluv. scunt.*

2. *Divisio in Ossa* { Capitis,  
Trunci,  
Artuum.

3. *Numerus.* In adultioribus subjectis ut plurimum numerantur 209. exceptis ossiculis Sesamoideis, interdum plura, interdum pauciora; & differt numerus ratione aetatis, dum in pueris pauciora quam in adultis numerantur, siquidem, crescentibus annis, in adultis cartilagini in ossa degenerant.

4. *Figura.* Alia ossa sunt longa, alia brevia, alia plana, teretia, crassa, levia & tenuia.

5. *Substantia.* Componuntur ex fibris, quae nihil, aliud sunt, quam filae seu filamenta recta, rotunda, obliqua, oblonga; & fibrae haec juxta se positae efficiunt lamellas, quae lamellae supra se collocatae efformant ossa, atque secundum Welschium, ossa accuratius examinata nihil aliud esse, nisi tendinum & membranarum iis adhaerentium merae continuationes densius compactae, omnisque generis vasis resertae, deprehenduntur.

6. *Nutritio.* Ossa suas habent arterias & venas, quae sanguinem adducunt & abducunt.

7. *Accidentia I.* 1. *Periostium,* ubi not.

1. *Definitio.* Est membrana tenuis, ossa, exceptis dentibus, investiens.

2. *Nomen.* Dicitur *pericranium*, si cranium tegit; quae autem reliqua ossa cingit, vocatur *Periostium*.

3. *Origo.* Est continuatio durae matris, dum eidem connectitur, quod videmus in embryonibus, quorum ossa cranii per futuram coronalem nondum connexa sunt.

4. *Substantia.* Constat ex fibris, nervis, & habet suas arterias & venas.

5. *Usus est*, ossa tegere, ab injuriis externis defendere & sensationem concedere.

A

2. *Ligae-*

2. **Ligamentum**, qvod est propago musculorum & membranarum, pro connexione ossium aliorumque partium.
3. **Medulla**, in qua
- 1. **Substantia**. Est materia oleosa, coloris subalbidi, & oritur ex arteriis & venis, ex quibus nutritur & obvolvit tunica quadam.
  - 2. **Situs**. In cavo plurimum ossium reperitur.
  - 3. **Ussus**. Ossa corroborat, articulationes lubricat & humorem mucilaginosum, qui inter articulationes inventur, & *Synovia* dicitur, temperat.
4. **Cartilago**. Est pars dura, albicans, flexibilis & lubrica, pluribus ossibus adnata, atque ex fibris, uti ossa, & lamellis constat, quae in senibus in ossa ut plurimum degenerat. Obvolvit membranam subtili, *Perichondrium* dicta, & nutritur suis vasis sanguiferis, atque multum facit ad ossa stabienda & munienda, motum ossium facilitandum, ossa lubricanda.
5. **Processus** sive *Apophyses*. Sunt eminentiae ossium sive tubercula ossea continua cum ossibus. Si processus magnus & rotundus est, *Caput*, si acuminatus, *Rostum* vel *Spina*, si gracilis pars capiti subjicitur, *Cervix* dicitur.
6. **Appendix** sive *Epiphysis*, & est os parvum ossibus adnatum atque contiguum cum illis.
7. **Cavitates**. Si sunt profundissimae, dicuntur *Sinus*, si non profundè penetrant, vocantur tantum *Cavitates*, quae etiam seperiuntur profundiores & leviores.
8. **Foramina**, per quae vasa omnis generis & musculi transeunt, & sunt vel majora vel minora.
8. **Ussus** est, stabilire ac firmare reliquias corporis partes, instar fundamenti seu basis, originem & finem praebere variis musculis, partes nonnullas ab injuriis externis defendere, atque pro usu peculiari variis operationibus multum contribuere.

Pars

3

---

## Pars II.

### Tabula I.

## De Connexione Ossium in genere.

Not.

Connexio ossium sit

Laxia, seu  
cum Motu  
manifesto,  
ubi 3. Species:

1. *Evidētēs*, seu *Inarticulatio profunda*,  
qvando cavitas excipiens maximè profunda  
& caput, qvod in cavitatem inseritur, &  
ab ea excipitur, oblongum & magnum est;  
v. c. articulatio ossis femoris cum osse inno-  
minato, & ossis humeri cum scapula.

2. *Aēθrōdēa* s. *Articulatio superficialis* sive  
levis, cum cavitas excipiens est levis & su-  
perficiaria, & caput, qvod excipitur ab ea  
valde & obtusum & depresso est; v. c.  
articulatio radii cum ulna, ossium tarsi inter  
se, fibulæ cum tibia, &c.

3. *Tīzslavū* s. *Articulatio mutua*, ubi os  
idem excipit & excipitur, v. c. articulatio  
vertebrarum inter se, tibiæ cum astragulo,  
ossis femoris cum tibia & ossis ulnæ cum hu-  
mero &c.

Stricta, vel

cum Motu obscuro, qvando ossa planè non moventur, licet in-  
articulentur, uti inarticulatio superficialis osium carpi &  
tarsi inter se, & inarticulatio mutua osium metacarpi &  
metatarsi cum ossiculis carpi & tarsi.

scad sensum

Sine medio  
& dicitur

**¶.** per Σύμ-  
Φυσιν sive  
Concretio-  
nem , qvæ  
est vel;

cum Medio  
& vocatur:

1. Ραφή s. *Sutura* , qvando ossa inter se , instar compositionis vestium ex pluribus pannis , laceratis , conjunguntur , v. c. connexio ossium cranii inter se.

2. Αρμονεία s. *Coagmentatio* , qvæ per simpli- cem lineam rectam aut obliquam ossa conne- cit , v. c. connexio ossium maxillæ superioris inter se.

3. Γέμφορε s. *Conclavatio* , si unum os alteri tanquam clavus infigitur , v. c. connexio den- tium cum alveolis suis in utraque maxilla.

1. Συνχόνδρωσις s. *Cartilagineosa* , qvando me- diante cartilagine ossa connectuntur , uti articulatio maxillæ inferioris cum ossibus tem- porum sterni cum costis . &c.

2. Συνένθρωσις , Συνδεσμώσις s. *Ligamentosa* ; sic per ligamentum connectuntur os femoris cum osse ischio.

3. Συνάρχωσις s. *Carnosa* , cùm ossa inter se cohærent , mediante , carne s. musculo , v. c. os hyoides cum scapula per musculum cosaco- hyoideum &c.

### Tabula 2.

## De Connexione in specie, sive ossium Cranii & Maxillæ Superioris per Suturas.

### Not.

1. **Definitio.** Connexio per Suturam nihil aliud est , qvam si ossa ita interse- cœunt , ac si duæ serræ dentatim conjunguntur.

2. **Divisio** | 1. **Suturas** | **Proprias** | **Veræ** | 1. **Frontalū, Coronalū**, qvæ ascendit  
**Sutura-** | **Cranii 15.** | **Cranii** | 3. | ab interiori parte ossium tem-  
**rum in:** | qvæ iterum | 9. | & sunt. | porum ad summum inter os  
dispescun- | | | | frontis & ossa sincipitis , qvæ  
tur. | | | | ambo inter se connectit.

2. **Sagittalis, Recta**, qvæ oritur ab  
angulo suturæ lambdoideæ in  
medio

medio ossis occipitis, & dividit in transitu per longitudinem ossa bregmatis, atque finitur in medio suturæ coronalis. In principio Sagittalis suturæ observatur *Ossiculum*, qvæ ratione figuræ dicitur *Triangulare Paracelsi*.

3. *Lamboidea, Ypsiloidea, Angulosa*, qvæ est inter ossa bregmatis & occipitis, & ascendit in posteriori capitis parte utrinque à basi occipitis oblique ascendit, & in medio capitis, secundum longitudinem considerati, in angulum coit. In hac sutura nonnunquam observantur parva *Ossicula*, qvæ ab inventore dicuntur, *Wormiana*, ut plurimum 6 vel plura, vel pauciora.

*Spurie* 1. *Temporalia, Squamosa, Corticalia*, in utroque latere, qvæ ossa temporum cum ossibus sincipitis connectit.

*Squam.* 2. *Cunealis*.

3. *Lamboidea Inferior*.

4. *Transversalis posterior ossis cuneiformis*.

5. *Transversalis anterior ossis cuneiformis*.

19. *Ethmoidea*.

- Communes ossibus cranii & maxilla superioris 6.*
1. *Superciliaris*, qvæ dividit os frontis ab osse Zygomatico.
  2. *Orbitalis externa*.
  3. *Frontalis inferior*.
  4. *Zygomatica*.
  5. *Septuosa posterior*, qvæ distinguit os vomeris ab osse cuneiformi.
  6. *Septuosa anterior*, qvæ in cavitate narium os cribrosum ab osse vomeris distinguit.

2. Suturas Internæ	2.	1. Septinarium Superior.
Maxilla Superioris Proprias 8. qvæ sunt:		2. Septinarium Inferior, qvæ dividit ossa na- rium à processu ossis Zygomatici,
	Externae 6.	1. Zygomatica propria, qvæ est inter os Zy- gomaticum & maxillare,
		2. Lacrymalis, qvæ ambit os lacrymale.
		3. Narium laterale, qvæ nares distinguit ab adjacenti osse frontis,
		4. Narium media, qvæ ambo ossa narium à se invicem secundum longitudinem dividit.
		5. Palatina lateralis media
		6. Palatina transversalis } in ossibus palatinis.

### Pars III.

Continet in se      1) Divisionem Generalem } totius Sceleti hominis adul-  
                         2) Divisionem Specialem } tioris.

Ossa Sceleti Hominis adultioris generatim Dispescuntur in

Ossa

I. Capitis,  
qvæ iterum  
dividuntur  
in

Cranium.  
Hujus sunt  
16. Ossa,

Externorum

8.

1. Os Frontis.  
2. & 3. Duo ossa Sincipitis.  
4. Os occipitis.  
5. & 6. Duo Ossa Temporum.  
7. Os Cibrosum.  
8. Os Cuneiforme,

Internorum  
in quolibet  
latere.  
4. Os cibula  
Auditive  
dicta.

1. Malleus.  
2. Incus.  
3. Stapes.  
4. Os orbiculare.

Maxillam Superiorem, qvibus  
constat ex II. Ossibus sunt,

4. Incisores,  
2. Oculares.  
8. Molares.  
2. Dentes Sapientiarum.

1. & 2. Duo ossa Zygomatica.  
3. & 4. Duo ossa Lacrymalia.  
5. & 6. Duo ossa Maxillaria in  
qvibus Dentes 16.  
7. & 8. Duo ossa Nasi.  
9. & 10. Duo ossa Palati.

II. Vomer.

II. TRIBUS

*Maxillam inferiorem*, in qua  
Dentes 16. { 4. Incisores.  
2. Canini.  
8. Molares.  
2. Dentes Sapientiae.

*Os Hyoideum.*

*II. Trunci*,  
divisa in { Septem Vertebræ Colli.  
Vertebris 33. { Duodecim Dorsi seu Pectoris.  
sunt { Quinque Lumborum.  
Quinque Ossis Sacri.  
Quatuor ossis Coccygis.

*Costas*, quvarum in quo-  
libet latere 12. { Costas Veras, quæ sunt 7. Supe-  
& dividuntur in. { riores.  
Spurias, quæ sunt 5. Inferiores.

*Scapulas Duas.*

*Claviculas Duas.*

*Sternum*, quod constat ex { Capite.  
Manubrio.  
Mucrone.

*Ossa Innominata*,  
quorum sunt  
tria. { Os Ileum.  
Os Ischium.  
Os Pubis.

*III. Artuum*  
sunt Artus. { *Brachia*  
Duo,  
quæ sunt. { *Os humeri* consistens ex uno in quo-  
libet brachio.  
*Cubitus*, ubi { *Os ulnae*, in quolibet  
{ *Os Radii* } brachio.

<i>Inferiores</i>	<i>Pedes Duo</i>	<i>Manus</i>	<i>Carpum</i>	1. <i>Cotyloides</i>
		qvæ dividi- tur in	qvod con- stat ex 8. Ossibus	2. <i>Semilunare.</i>
			<i>Strobiloï-</i> <i>deis dictis</i>	3. <i>Cuneiforme.</i>
			<i>funt:</i>	4. <i>Bisforme.</i>
				5. <i>Trapezoides</i>
				6. <i>Trapezium.</i>
				7. <i>Maximum.</i>
				8. <i>unciforme.</i>
				<i>Metacar-</i>
				<i>pum compositum ex 4. ossibus in</i>
				<i>qualibet manu.</i>
			Digitos 5. s.	1. <i>Pollex.</i>
			in qualibet	2. <i>Index.</i>
			manu:	3. <i>Medius.</i>
				4. <i>Annularis.</i>
				5. <i>Auricularis.</i>
			<i>Femur</i>	<i>in qvolibet pede unicum.</i>
			<i>Crux</i>	<i>Tibia,</i>
			<i>compositum ex</i>	<i>&amp;</i>
				<i>Fibula.</i>
		Pes Extre- mus, qvod	<i>Tarsum,</i>	1. <i>Astragalus.</i>
		dividitur	ubi 7.	2. <i>Calcar.</i>
		in	<i>Ossicula</i>	3. <i>Naviculare.</i>
				4. <i>Cuboides.</i>
				5. - <i>Majus.</i>
				6. - <i>Minus.</i>
				7. <i>Cuneiforme Medium.</i>
			<i>Metatarsum</i> ,	<i>qui constat ex 5.</i>
			<i>Ossibus.</i>	
		Divitos	1. <i>Pollex.</i>	
		quinque	2. <i>Index.</i>	
		sunt	3. <i>Medius.</i>	
			4. <i>Paramesus.</i>	
			5. <i>Minimus.</i>	

2. *Divisio Specialis.*

Postquam *Sciagraphia sive Delineatio Osteologie* fuit præmissa, nunc in specie  
de Ossibus erit agendum, & quidem in

SECTI-

# SECTIONE I.

## *Ossibus Cranii.*

### Tabula I.

De

## *De Osse Frontis.*

Notanda sunt seqventia:

1. *Nomen* Communiter vocatur. *Os Frontis*, alias audit os verecundum, coronale, os puppis, proræ.

2. *Substantia*. Componitur ex Laminis { 1. Externa, alias ossa nuncupatur, duabus; { 2. Interna, qvæ audit etiam vitrea,

Not. Inter has laminas continetur *Meditullum* five corpus quoddam molliusculum

*intus cochlearis & medullosum. Diploe.*

3. *Figura*. Est imperfectè Circularis, referens octo angulos & sex latera; Externa superficies est rotunda & glabra, interna vero concava.

4. *Numerum*. Unicum tantum os est in adultis, quandoz *est sagitalis dia. in 2 opa.*  
*in infant. rpl.*

5. *Processus* { Externi 3. in { Unus in cantho oculi externo,

9. qvolibet latere { Alter in cantho oculi interno,

& oculo: { Tertius in parte anteriori & dicitur *Cornu*

*Albucasis. apoph nasalis rostrata.*

Interni 3. { Unus Supra Cristam Galli. *Sutura frontalis.*

{ Secundus & Tertius sunt Laterales.

*Eminentia mure in equalis, supra portionem orbitalem.*

6. *Cavitates* { Externæ 3. { 1. Orbitaria dextra.

6. { 2. Orbitaria sinistra.

{ 3. in medio ossis frontis. *Sutura magna ethmoidalis.*

{ Internæ 3. { 1. & 2. sunt in parte inferiori in qvolibet latere,

pro stibinorum loborum cerebri.

{ 3. est in partis superioris toto ambitu, in qua tota cerebri pars anterior superior convexa sita est,

7. Sinus, quorum numerantur 2. Dexter & sinister, qui dividuntur per septum osseum, in quibus locatum est Meditullium insuper etiam multæ reperiuntur parvæ cellulæ & per foramina duo respondent cavitati narium.

8. Foramina Externa 12.  
- 15.

- 1. Par orbitarium superius majus, quod in cantho interno reperitur, & per medium superficiorum, (per quod ramuli paris quinti nervorum transiunt) progreditur.
- 2. Par orbitarium Minus Superius, sub majori situm, & desinit in sinus frontales.
- 3. Apertura sinus frontalium, quæ communicant cum cavitate narium.

4. 5. & 6. Paria interna Orbitaria: Anticum,  
*hos sive depositum Medium & Posticum appellata.* *Hæc foramina quando communica se in ope ethmoidis*  
Internæ 3. { 1. Supra Cristam Galli,  
2. & 3. in parte antica crista galli  
*vana hinc inde pro habere vaso*

9. Connexio est cum 12. ossibus: Superius cum 2. ossibus sincipitis per suturam coronalem; lateraliter cum 2. ossibus temporum; anterior cum 2. nasalibus, 2. lacrymalibus, 2. Zygomaticis; internè cum osse cuneiformi & cribroso.

Not. In Infantibus os Frontis per Suturam sagittalem, per medium ad nasum usque transientem, dividitur in duo ossa, quæ autem crescentibus annis, coalescent in unum os, ut vix suturæ vestigium appareat,

## Tabula 2. De Ossibus Sincipitis.

Notentur.

1. Nomen. Hæc bina ossa in utroque latere unum, dicuntur *Ossa Sincipitis*, verticis, rationis, cogitationis, parietalia, arcualia, nervalia, græci, ossa bregmatis.

2. Sub-

2. **Substantia.** Horum ferè est uti præcedentis ossis frontis ex duabus laminis composita, interjecto meditullio. *Diploœ.* Externæ & <sup>irregularis</sup> *incisura temporalis.*
3. **Figura** est quadrangularis, qvqdilatera inæqualis, scil. Latus Superiorius, inferius, anticum, posticum. *hinc 4 anguli & antres. 2 posteriores.*
4. **Numerus**, qui est binus.
5. **Sinus**, qui est inter os frontis, & os occipitis in parte superiori calvaria. *Supr. et ant. frontalis dicty. / Inf. et anti. temporalis dicty. / Post. et ang. occipitalis sphæroides. / Ant. et ang. mamillosus.*
6. **Cavitates** Externæ 2. in qvilibet osse una tantum, & merè sunt impressiones, ac variant ratione profunditatis in subjectis.
7. Internæ 5. { 1. & 2. Majores, qvas pars cerebri superior oculatur.
- { 3. & 4. Minores, per qvas transit sinus lateralis duræ matris, in angulo posteriori partis inferioris. *portio incisiva sing. lateralis.*
- { 5. Communis est, pro situ sinus falciformis duræ meningis. *de Troile Sagittalis*
- Incilia* Dantur Sulci seu *foveola nonnullæ*, pro situ arteriarum *Gra.* *duæ matris.*
- verticale* et Impressiones alia vagæ.
7. **Foramina** 2. Par Parietale dictum, prope Suturam sagittalem, per quæ vasa sanguinea tranleunt, *a: Incisura magna temporalis in Margine inferiore.*
8. **Os Triangulare Paracelsi** dictum, qvod in fine suturæ sagittalis observatur, non autem in omnibus subjectis.
9. **Connexio** est cum osse frontis, per suturam coronalem, cum osse occipitis per suturam lambdoideam, scil. cuneiformi, duobus temporum per suturam squamosam. *in Superioribz crasis oris inter se per suturam sagittalem, cum ante rioribz, et anter. + posterioribz crasis ubi* *it p. anguli crassi port. et inf. in portio manillæ opus temporum.*

Not. In infantibus circa congressum suturæ coronalis & sagittalis membrana reperitur, Fontanella dicta, quandoq; adhuc in adullitatem os circumscripsum rhomboidale deponetur dicitur.

## Tabula 3.

De  
Osse Occipitis.

Notentur.

1. *Nomen.* Dicitur *os occipitis*, *memoriæ*, *pyxidis*, *poræ*, *basilare*.

2. *Substantia*, quæ est omnium ossium craniæ crassissima in parte superiori; in parte inferiori autem circa condylos & foramen magnum tenuissima.

*Intrus Rhomboidis irreg. figz.*

3. *Figura.* Alii volunt figuram triangularem, sed ego vidi septangularem. *Septem oris terminatur et Septem angulis.*

4. *Situs* est in parte posticæ capitis sive crani.

5. *Processus*, quo-  
rum sunt 6,

Externæ 3.

2. Condylæ circa foramen magnum, pro  
connexione cum prima vertebra.

Tertius seu Medius, qui à foramine  
magno ascendit, pro insertione mu-  
scularum, recti interni <sup>anteriori</sup> majoris &  
minoris occipitis. *Apoph. Sphen. Oci-  
pis. Capitolo. Spheno. Oci-  
pis. anguli ingre. q. partione foran. lucen. for-  
mato.*

Internæ 3.

Duo in foramine magno occipitis, juxta  
processus petrosos.

Unus longitudinalis, qui cavitates inter-  
nas à se invicem distingvit.

6. *Cavitates* Externæ 6.

2. Semilunares Majores, pro insertione mu-  
scularum occipitis, scil. cucullaris, splenii,  
complexi, mastoidei. *non tan. invocablo.  
ne quam eminatio musculi puer-  
culi si cum præbent.*

2. Semilunares Minores, pro insertione mu-  
sculi occipitis, recti majoris, minoris & ob-  
liqui superioris.

2. circa condylos, port. eord. ad recip. 1<sup>æ</sup> Verti colli.  
Inter.

- Internæ 12.
- 2. Majores, instar sovæ, pro situ loborum dorum posteriorum cerebri.
  - 2. Minores, lobis duobus posterioribus cerebelli dilati.
  - 2. Laterales oblongæ, pro finubus laterali-  
bus.
  - 2. prope foramina jugularia, ubi sinus laterales  
in venam jugularem abeunt.
  - 2. in latere dextro & sinistro baseos occipitis.  
Una in processu medio interno. *supra pars longa*  
Una ascendit à foramine magno versus sellam  
turcicam. *ad apophysis processus oblongi et arterias vertebræ.*
7. Foramina Externa 3.
- 2. supra condylos occipitis, prope processum pe-  
trosum, per quæ venæ a musculis capitis rede-  
entes ad sinus laterales transeunt. *Foramina condyloidea*  
Unum supra processum medium externum, pariter  
pro transitu venæ muscularum capitis ad sinum  
circularem Willisi.
- 10.
- Internæ 7.
- 2. Foramina Jugularia, *scilicet carotica*, ad for-  
mam processus jugularis.
  - 4. Lingua Motoria, ad latus primi, pro ingresso  
arteriarum cervicalium, & nervorum linguae mo-  
toriorum exitu.
  - 1. Azygon seu Foramen Magnum occipitis, pro  
transitu medullæ oblongæ. *art. vertebræ. N. spin. et N. spinae*
8. Ossicula varia. In Sutura lambdoidea, quæ os occipitis ab Ossibus sincipi-  
tis distinguit, inveniuntur ut plurimum 6, interdum etiam plura vel  
pauciora ossicula, quæ ab Inventore Wormio dicuntur *Warmiana*, nec  
in omnibus subjectis prostant. *clavi dicuntur.*
9. Connexio est superius cum 2. ossibus sincipitiis per suturam lambdoideam, ad  
latera cum 2. Ossibus temporum; inserens cum osse cuneiformi per  
*synchondrofici* coaptationem, & prima vertebra colli per inarticulationem.
- Not. In infantibus ex 4. componitur ossibus, quæ, crescentibus annis, in  
unum coalescant.

Tabula 4.  
De  
*Ossibus Temporum.*

**Not.**

1. *Nomen.* Hæc bina, in utroque latere unum, dicuntur *Ossa Temporum*, *Polyoidea*, *acustica*, *parietalia*, *lapidosa*, *petrosa*, *squamosa*, *mendoza*.
2. *Sita* sunt ad latera capitis, ubi aures affixæ sunt, *theā opēū auditōni Organī*.
3. *Substantia* est superius tenuissima & squamosa; inferius verò crassior & admodum inæqualis.
4. *Figura* valde est irregularis; alii volunt trilateralem seu pyramidalem, alii ad circularem accedentem; sed potius est semicircularius superius, & inferiorius maximè inæqualis.

<i>Processus</i>	<i>Externi</i> 6,	2. <i>Obtusi</i> , crassi, beeves & intus cavernosi, <i>Mamillares</i> seu <i>Mastoidei</i> dicti, ubi musculi mastoidei inseruntur.
		2. <i>Styloidei</i> , styliformes, graphoidei, belenoidei seu plectrum dicti, oblongi, graciles & acuti, profirmaadis musculis ossis hyoidis & linguae.
<i>Cavitates</i>	<i>Interni</i> 2.	2. <i>Zygomatici</i> seu <i>Jugales</i> , sive pars ossis jugalis.
		qui alias vocantur <i>Processus Petrosi</i> , qui continent in se cavitatem tympani, labyrinthum cochleam, ossicula auditūs, de quibus vide in Tab. de Auditu.
<i>Cavitates</i>	<i>Externi</i> 8.	2. <i>Mamillares</i> seu <i>Mastoideæ</i> , sub processibus mastoideis, pro insertione musculi occipitis recti lateralis.
		2. dictæ <i>Specus Willisi</i> , in quibus fit intumescensia venæ jugularis internæ.
		2. Sub processibus Zygomaticis, pro articulatione maxillæ inferioris.
		2. Supra processibus Zygomaticos, ubi musculus temporalis descendit.

Inter-

- Internæ 6. { 2. Anteriores, pro basi cerebri.  
           { 2. Posteriores, in parte postica, pro descentu si-  
           nuum lateralia.  
           { 2. Minores in latere superiori processus petrosi, pro  
           situ sinuum ephippialium minorum.
7. Sinus 2. in utroque osse unus in processu mastoideo, parti inferiori duræ  
 meningis sinus respondens.
8. Foramina Externa 6. { Propria 5. { 1. Par Mastoideum, pro introitu venæ  
 26.      Paria.      majoris ad sinus laterales.  
 Seu Paria 13.      2. Meatus Auditorius.  
              { 3. Aque ductus Fallopii, Situs inter  
              processum mastoideum & styloide-  
              um, pro exitu nervi durioris septimi  
              paris.  
              { 4. Caroticum Majus, pro transitu ar-  
              teriae carotidis in cavitatem crani.  
              { 5. Aque ductus Enstachii.
- Commune Unum Zygomaticum dictum, ubi os  
 Zygomaticum cum processu Zygomatico osis  
 temporum conjungitur & Foramen magnum  
 efficitur, per quod musculus temporalis transit.
- Interna 7. Propria 4. { 1. Par Acusticum Meatus Auditorius.  
 Paria.      2. pro introitu vasorum sanguiferorum  
              ad labyrinthum sub meatu audi-  
              torio.  
              { 3. pro exitu nervi durioris ad duram  
              matrem, supra meatum auditorium,  
              prope sinum ephippialium.  
              { 4. in parte antica processus petrosi.

Communia	1.	Jugulare, pro exitu venæ jugularis internæ.
	2.	Caroticum Majus, pro ingressu arteriæ carotidis.
	3.	Gustativum secundum, per quod Ramus nervi parisi gustativi transit.

9. Connexio cum 2. ossibus sincipitis per suturam squamosam, 2. ossibus Zygomaticis, uno cuneiformi, occipitis per suturam lambdoideam, & maxillari.

### Tabula 5.

De

### Osse Cuneiformi.

Notentur:

1. Nomen.	Vocatur <i>Os Cuneiformi</i> , <i>Sphænoideum</i> , polymorphon, <i>corporum</i> , <i>basilare</i> , <i>os palati</i> .	<i>multiforme</i>
2. Substantia	eius est crassa & maximè inæqualis.	
3. Situs	eius est inter ossa temporum, occipitis & ethmoideum, in parte inferiori cranii secundum longitudinem anterius; secundum latitudinem in medio ad supremumoris vergens.	
4. Figura	admodum est irregularis; attamen in illo anguli viginti duo totidemque latera numerari solent.	
5. Processus	Externi 6.	{ 2. Alares seu aliformes, <i>Pterygoidei externi</i> .
10.		{ 2. Alares s. <i>Pterygoidei interni</i> .
	Interni 4.	{ 2. Temporales seu Apices Ossis cuneiformis.
		{ 2. Anteriores Sellæ turcicæ seu <i>Sellulares</i> five
		{ 2. Equini.
		{ 2. Posteriores sellæ turcicæ seu <i>Sellulares</i> posteriores.
6. Appendix,	<i>Unciformis</i> Styliformis minor in processibus pterygoideis internis situs.	
7. Cavitates	Externæ 2. quæ <i>Alares</i> vocantur, & inter processum alarem externum & internum sitæ sunt.	
8.	Internæ 6.	{ 2. Majores pro situ partis inferioris cerebri.
		{ 2. pro situ glandulæ pituitariæ ad latera sellæ turcicæ.

Una maxima in medio sellæ turcicæ, ubi glandula pituitaria sita est.  
Una inter duas processus anteriores sellares.

8. Sinus 2. observantur à vomere divisi, & in narium cavitates desinunt, reperiuntur internè in sella turcica, & dicuntur *Sinus sphænoidei* seu sellæ turcicæ.

9. Foramina Externa	8.	Propria 3.	2. Paria Alaria Externa & Interna,
33.	Paria.	paria.	pro transitu nervorum quinti paris & insignis rami arteriæ carotidis ad sinus sphænoideos.
		{ Communia	Unicum par, pro exitu sinuum ethippialium ad cavitatem narium.
		5. paria.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. <i>Zygomaticum.</i></li> <li>2. <i>Foramina orbitaria externa</i> seu <i>oblonga.</i></li> <li>3. <i>Palatinum posticum majus.</i></li> <li>4. <i>Palatinum posticum minus</i>, pro transitu nervorum ad tunicam palati &amp; radices dentium.</li> <li>5. <i>Palatinum posticum minus internum.</i></li> </ol>
Interna 8.	Propria 6.	I.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. <i>Orbitarium</i> seu <i>Opticum</i>, per quod nervus opticus transit ad oculos.</li> <li>2. <i>Foramina orbitaria oblonga interna.</i></li> <li>3. <i>Par Temporale.</i></li> <li>4. <i>Ovale</i> seu <i>Gustativum primum.</i></li> <li>5. <i>Caroticum</i> seu <i>Rotundum minus.</i></li> <li>6. <i>Sphænoideum.</i></li> <li>7. <i>Impar</i> in sellæ turcicæ medio, sub glandula pituitaria.</li> </ol>
paria unum	paria & unum	Impar	
Impar	Impar		

Communia	1. <i>Gustativum secundum</i> , pro
2. Paria.	qvinto nervorum pari.
	2. <i>Caroticum majus</i> , pro insigni
	ramo arteriæ carotidis.

10. *Connexio* est cum Osse frontis, ethmoideo, occipitis, vomere, duobus temporum, bregmatis, zygomaticis, maxillaribus & palatinis.

*Not.* In infantibus constat ex 4. distinctis ossibus, vel ut alii volunt ex tribus, uno scil. medio, maximo, qvod basin constituit & sellam equinam efformat atque antrosum versus latera duas quasi alas expandit; duobus minoribus alas pterygoideas constituentibus, quæ omnia successu temporis in unum os coalescunt.

### Tabula 6.

De

### Osse Cribroso.

Notentur:

1. *Nomen.* Appellatur *os cribrosum, Ethmoideum, spongiosum, spongiodenum*.
2. *Situs.* qvi est intrinsecus in media frontis basi ad radices parium, in anteriori parte basis cranii, inter os frontis & Sphenoidis.
3. *Numerus.* Alii volunt ex 2. ossibus constare, sed unicum tantum os est, licet in duas tabulas cribrosas dividatur per processum cristani galli distum.
4. *Substantia* superius est cribrosa tenuis, inferius in cavitate narium cellulosa, tenuis atque spongiosa.
5. *Figura* in cavitate cranii plana & foraminulenta, quadrilatera, in cavitate narium vero sinuosa & inaequalis.
6. *Processus* Externi 7. *Interni* 8. *1. Septinarium superior*, qvod septum narium prominata parte constituit.
- Reliqui 6 vocantur processus *Gradus Scale seu os turbinata.*
- Internus unus acutus, *Crista Galli dictus*, totum os in binas tabulas distingvens.

7. Cavi-

7. *Cavitates* Externæ 6. qvæ sunt in superficie inferiori graduum scalæ.  
 Internæ 2. in qvolibet latere cristæ galli una, pro transitu nervi olfactorii.

8. *Sinus* in utroque latere 3. Anterior cellulosis, Medius & Posterior continuo sunt & hiant in cavitatem narium.

9. *Foramina* Externa 8. qvæ sunt apertura finuum ethmoideorum ad cavitatem narium, pro exitu muci separati.  
 Interna 2. in tabulis cribrosis, licet plura inveniantur foraminula, ad unum par tamen referuntur, pro transitu filamentorum nervi olfactorii ad membranam narium.

10. *Connexio* est cum 2. ossibus maxillaribus, lacrymalibus, nasi, uno osse frontis, cuneiformi & vomere.

Not. In infantibus hoc os est maximè tenerum & cartilaginosum, neque processus cristæ galli observantur.

### Tabula 7.

Consideratis ossibus 8. externis cranii, nunc ordo tangit *ossa cranií interne* qvæ ratione numeri 8. numerantur, & dicuntur

### *Ossicula Auditus.*

Not.

1. *Numerus*, qui consistit ex 4. ossiculis, in qvolibet processu petroso.

2. *Dividuntur* in  
 i. *Malleum* qui iterum dispescitur in  
 Caput seu Capitulum, ubi sunt.

Duo Condyli una pro connexione

cavitas seu sinulus cum incude per

unicus ginglymum.

Cervicem cuius sunt

Duo processus seu duæ apophyses, alter acuminatus, cui adjacet musculus mallei internus; alter obtusus, cui adhæret musculus mallei externus.

*Manubrium* seu Caudam, quod duas apophyses habet & tympano connexa est.

2. *Incidem*, dentem molarem referentem cum duobus radicibus, ubi etiam notentur Basis, quæ { 2. cavitates s. pro connexione habet finulos { cum capite malo, condylum { le per ginglym oblongum. { mumi.
- Crura 2. s. unum est breve & latius capitulo prædictum, pro connexione cum osse temporum.
- processus duo. unum longius cum capitulo, cui annexitur os orbiculare.
3. *Stapedem*, & est os orbiculare habens duo latera angustiora & basin latiorem, quæ fenestræ seu foramina ovalia infixa est, & eam exacte claudit, atque connectitur cum osse orbiculari, osse petroso, membrana, quæ foramen ovale claudit, & cum nervo molliori septimi parisi. *Magnus Stago.*
4. *Os Orbiculare*, pars convexa seu capitulum connectitur cum cuius stapedis vertice.
- pars concava seu cavitas excipitur à capitulo cruris longioris.
3. *Usus officiorum* est, sonum exceptum cerebro per nervum acusticum communicare & ad tensionem tympani contribuere.

### Tabula 8.

Sequuntur nunc *Ossa Maxilla Superioris*, quorum numerus constat ex 11. Ossibus seu quinque paribus & uno impari.

De

### *Ossibus Zygomaticis.*

#### Not.

1. *Nomen*. Dicitur *Os Zygomaticum*, jugale.
2. *Numerantur* duo ossa in quolibet latere unum.
3. *Sita* sunt sub oculo lateraliter in parte inferiori temporum, sive parte antica *lateralis calvariae*.
4. *Substantia* maximè firma & solida est atque caret medulla & cavitate.
5. *Figura* representat quinque angulos.

6. Pro-

6. *Processus unicus* est in qvilibet osse, *Externus* dictus, pro connexione cum processu Zygomatico temporum.
7. *Cavitates* { Externa posterius descendens sub-processu Zygomatico.  
Internā est interius in orbita oculi.
8. *Foramina* in quo { Propria duo in medio ossis, pro transitu vasorum.  
libet Osse 3. } Commune unum magnum, qvod efformatur ex proces-  
so Zygomatico & temporali, per qvod transit museu-  
lus temporalis
9. Connexio cum osse frontis, temporum, cuneiformi & maxillari.

### Tabula 9.

De

## Ossibus Lacrymalibus.

Not.

1. *Nomen.* Appellatur *os Lacrymale*, ungvis.
2. *Numerus.* Reperiuntur duo in qvilibet latere unum.
3. *Sita* sunt hæc ossa in cavitate orbitaria interna versus ossa nasalia & efficiunt canthum oculi internum.
4. *Substantia* est tenuis, pellucida ac valde fragilis.
5. *Figura* est ovalis sive pyriformis.
6. *Processus* unus oblongus in medio pro insertione ductus lacrymalis,
7. *Cavitas* una, pro situ glandulae lacrymalis externæ ejusqve ductus.
8. *Foramen* unum, *Punctum Lacrymale*, commune, dictum, pro exitu la-  
crymarum in narium Cavitatem.
9. Connexio in qvilibet latere cum osse frontis, ethmoideo & maxillari.

### Tabula 10.

De

## Ossibus Maxillaribus.

Not.

1. *Nomen.* Dicuntur, *Ossa Maxillaria*, palatina <sup>antica</sup> posterior, *Maxilla Superior*  
propriè sic dicta.
2. *Numerus*, qvibinūs est in qvilibet latere unum os.
3. *Sita* sunt sub oculo & osse Zygomatico prope nasum.

4. *Substantia* superius circa orbitam oculi est *mollis & tenuis*; inferius circa dentes admodum firma.
5. *Figura* maximè irregularis & inæqualis; attamen ad novem angularem refiri solet.
6. *Cavitates* Communes 23. in qvolibet latere 4. Propriæ 16. qvæ sunt *Alveoli dentium*, qvibus dentes insiguntur.
7. *Foramina* Propria 5. in qvolibet latere II. Communia 6.
8. *Connexio* in qvolibet latere cum osse frontis, nasi, lacrymali, cribroso, unciformi, zygomatico, palatino posse atque vomere.
1. *Cavitas orbitaria*, qvæ maximam partem oculi inferiore continet.
2. - *suborbitaria*.
3. - *palatina superior*.
4. - *inferior*.
1. *Orbitarium* inferius, pro transitu nervorum paris quinti.
2. & 3. in *fissura orbitalia externa*, pro transitu nervorum in cavitatem *narium*.
4. *Palatinum anticum*, pro transitu nervorum ad *palati* tunicam.
5. Apertura sinuum maxillarum ad cavitatem *narium*.
1. Pro cavitatem *narium* efformanda.
2. Pro transitu nervorum ad oculos, qvod dicitur *Fissura oblonga orbitalia externa*. *Sphæno Max.*
3. *Palatinum posticum majus*.
4. - minus externum.
5. - internum.
6. *Lacrymale*, qvod commune est cum osse lacrymali.

## Tabula II.

De

## *Ossibus Nasalibus.*

### Notentur.

1. *Nomen.* Dicuntur *Ossa nasalia*, nasi, *narium*.
2. *Numerus.* Constant ex duobus ossibus, in qvolibet latere nasi unum est, & per suturam *narium* medium dividitur,

3. *Sia*

3. *Situs.* Locata sunt hæc ossa intra binos oculos in medio faciei.
4. *Substantia* est *tenuis* & *solida*,
5. *Figura* est *quadrangularis* & *quadrilatera*.
6. *Cavitas* una in quolibet osse.
7. *Foramina* 2 in { *Proprium* unum in latere nasi.  
quolibet latere. } *Comune* magnum sive introitus externus narium.
8. *Connexio* cum osse frontis, maxillari, cribiformi & nasi proprio.

### Tabula 12.

De

### Ossibus Palatinis.

Notentur:

1. *Nomen.* Vocantur *Ossa Palatina* sive *Ossa Palatina postica* ad differentiam ossium maxillarium sive palatinorum anteorum.
2. *Numerus.* Per coagmentationem sive lineam dividuntur in bina ossa.
3. *Sita* sunt ad palati extremum, ubi narium foramina ad fauces tendunt atque palati amplitudinem efficiunt.
4. *Substantia* tenuis quidem, sed solida, firma ac dura est.
5. *Figura* habet quinque angulos. *Alium refert figurā* duas *sejunctā* ē a vi
6. *Processus unus* in quolibet ossis parte, prope foramen palatinum posticum majus, pro adhæsione firmiori ligamenti uvulæ, *enī op̄t̄.*
7. *Cavitates* duæ { 1. *Cavitas supra palatina.*  
2. *Cavitas infra palatina.* }
8. *Foramina* in quo- { 1. *Palatinum posticum majus.* } *pro nervi gustati-*  
libet osse 3. { 2. - - minus internum. } *torii & rami noni*  
{ 3. - - - externum } *paris transitu.*
9. *Connexio* in quolibet latere cum osse palatino antico sive maxillari, cunei-  
formi & vomere,

## Tabula 13.

De

*Vomere.*

Not.

1. *Nomen.* Dicitur *Vomer*, os ἄγρυπνον sive solitarium.
2. *Numerus.* Unicum tantum os est.
3. *Situs.* Erigitur è medio palati sursum, nariumque partes instar septi distinguunt à se invicem.
4. *Substantia.* superius est crassa, inferius autem tenuis.
5. *Figura.* triangulum refert.
6. *Cavitates.* 3. { 1. Superior, in qua os cuneiforme quiescit.  
{ 2. & 3. Laterales.
7. *Connexio.* cum osse cuneiformi, cribroso, duobus ossibus palatinis posticis & anticus, duobus scilicet maxillaribus.

## Tabula 14.

De

*Maxilla Inferiori.*

Not.

1. *Nomen.* Dicitur solum *Maxilla Inferior*.
2. *Numerus.* est in junioribus duplex; in adultis vero, crescentibus annis, coalescit in unicum os, & quidem circa mentum sive in medio ossis.
3. *Sita.* est sub maxilla superiori.
4. *Substantia.* extus est durissima, validissima, solidissima & crassissima, intus vero fistulosa, vel canaliculosa, pro situ vasorum.
5. *Figura.* est arcualis.

6. Divis.

6. *Dividitur* { 1. *Mentum*, genium sive meson.  
in { 2. *Basin* sive *Milon*.  
3. *Processus* { *Majores* 4. { *Duo Anteriores acuti Coronae dicti*  
qvorum pro receptione musculi tempora-  
sunt lis.  
8. { *Duo Postiores Obtusi*, *Condyl*i  
dicti, pro inarticulatiose cum of-  
fe temporum per arthroidianos, &  
insertione musculi pterygoidei  
externi maxillæ inferioris.  
} Minores 4. { 1. in medio menti externi.  
qvorum { 2. in medio menti interni, pro in-  
sertione musculi quadrati maxil-  
lae inferioris.  
3. & 4. juxta foramina interna *Pro-*  
*cessus baseos* dicti, pro insertio-  
ne musculi pterygoidei interni &  
masseteris.
7. *Cavitates* { Externæ 6. { 1. & 2. in medio menti externi.  
12. { 3. & 4. à coronis descendunt & vœantur *Cav-*  
tates baseos.  
Internæ 6. { 5. & 6. inter processus majores procedunt.  
{ Duæ in medio menti interni.  
Duæ in corpore baseos.  
Duæ in processibus majoribus.
8. *Impressiones* sive *Asperitates* duæ.
9. *Canales* duo, circa processus minores, pro introitu & exitu vasorum sanguini-  
ferorum & nervorum ad nutritionem dentium abeuntium.
10. *Alveoli* 16. pro insertione dentium.
11. *Foramina*, 2. { Unum Internum seu Minus anticum, pro initio processu-  
um, pro introitu rami nervorum qvinti paris & arteriæ  
carotidis externe intra maxillam, pro nutritione dentium.  
ii qvolibet la- { Alterum Externum sive majus posticum, per qvod dicta  
tere vasa extra maxillam emergunt & ad labia, eorumque mu-  
sculos & cutem excurrunt.
12. *Connexio* cum duobus ossibus temporum per arthrodiam, mediantibus li-  
gamentis & musculis.

## Tabula 15.

De

## Dentibus.

## Not.

1. Substantia exterior est dura, solida, ossa; interior vero cava & porosa.  
 2. Numerus ordinarius constat ex 28. ratus ex 32. in qualibet maxilla 14.  
 vel 16.

3. Divisio in *Incisores* 4. quorum. *Situs*, qui est in parte anteriori, & medii positi sunt inter cæteros.

*Figura*. Pars superior seu basis est magna lata, acuta & tenuis; pars inferior seu radix simplex & acuta.

*Usus* est, alimenta incidendo grossò modo dividere.

*Caninos* 2. totidem que *Oculares*, 4. quorum. *Situs caninorum* est in maxilla inferiori inter incisores & molares medii, *Ocularum* vero in maxilla superiori inter incisores & molares.

*Figura* omniū quoad basin est acutior, radix vero est robustior, longior & simplex.

*Usus* pro apprehensione partium minorum cibi.

*Molares* sive *Gomphicos*, *Maxillares*, 4. quorum. *Situs* est immediate post caninos & molares in qualibet maxilla.

*Numerus* ordinarius 16. in qualibet maxilla 8. & quilibet latere 4. rato major vel minor numerus reperitur.

*Figura* quoad basin est lata & eminentijs acutis praedita; quoad radicem vero duplex, vel triplices, vel etiam quadruples.

*Usus* est, cibum ruditer preparatum omnino diminuere.

Den...

- Dentes Sapientie 4. in qualibet maxilla 2. in qvolibet latere unus, qvorum situs est immediatè post molares, figura autem & usus idem est ac molarium dentium.
4. Foramen unum in singulis radicibus, pro introitu vasorum ad eujuslibet dentis Senum & nutritionem.
  5. Connexio omnium dentium est in utraqve maxilla per gomphysin sive con-clavationem in suis alveolis.
  6. Usus communis est, alimenta solida incidere & diminuere, vocem & venustatem adjuvare.

### Tabula 16.

#### De Osse Hyoide.

##### Not.

1. Nomen. Appellatur *Os Hyoides*, *hyoideum*, *hypsiloides*, *lambdoides*, *biconne*, *gutturis*, *lingvae*.
2. Situs, qui est ad fauces, finem lingvae & superiorem partem laryngis, sub maxilla inferiori, & basis adjacet anterius capiti laryngis, respiciunt posterius cornua posteriorem corporis regionem.
3. Numerus. In adultis est unicum.
4. Substantia est mollis & porosa.
5. Figura arcuata maxillæ inferioris ad instar, vel ut alii volunt, repræsentare partem crani bovinum cum carnibus excisam.
6. Divisio in
 

1. Basin, ubi	Latera 4.	1. Superius, qvod latum est & in cuius medio tuberculum seu processus minor cum una cavitate observatur.
{ Extremitates duæ	2. Inferius, qvod angustum.	{ Sinistra bet, pro articulatione basos cum cornubus.
	3. Anticum, qvod convexum.	
	4. Posticum, qvod concavum est.	
	Connexio cum cornubus majoribus & minoribus.	
2. Cornua Majora duo. In eujuslibet eorum extremitate inferior observatur appendix cartilaginea & connectuntur cornua in principio cum basi per arthrodiam.

D 2

3. Cor-

3. *Cornua Minora seu cornicula duo*, qvæ in principio cornuum majorum prope basin sita sunt, & connectuntur cum basi per arthrodiam.
7. *Connexio est*, qvoad cornua majora cum superioribus processibus cartilagineis scutiformis per valida ligamenta, pluribusque aliis partibus per musculos suos hyoideos.
8. *Usus est*, ut lingvæ sit probasi, ut per ejus motum lingva aliquatenus moveatur, & ut sit origo muscularum plurium lingvæ & laryngis.

## SECTIO II.

### De Ossibus Trunci.

#### Tabula I.

De

### *Spina Dorsis sive Vertebris.*

Not.

1. *Nomen generale.* Dicitur generatim *Spina Dorsi*, Græcis *Acantha*, *Rachis*.  
*Veneris,*
2. *Nomen speciale.* Appellatur speciatim *Vertebra*, *Spondylus*, qvia Spina Dorsi ex vertebris componitur.
3. *Sita est* Spina dorsi in parte trunci posteriori & totam quasi basin trunci constituit.
4. *Numerus.* Constat Spina dorsi ex 33. vertebris.
5. *Foramina* Proprium unum, promedullæ spinalis transitu.  
vertebrarum Communia duo, in utroque latere vertebrae, pro exitu nervorum ad partes musculosas.  
Insuper etiam minora observantur foraminula, pro transitu vasorum sanguiferorum ad nutritionem vertebrarum & medullæ spinalis.

6. *Dixi*.

6. <i>Divisio pluriū vertebrarum.</i>	<i>Generalis in vertebras</i>	<i>Veras</i>	<i>Superiores 24. Colli, dorsi &amp; lumborum.</i>
		<i>Spurias</i>	<i>Inferiores 9. ossis sacri &amp; coccygis.</i>
		<i>Basin, ubi Epiphyses seu appendices duæ ; una superior, altera inferior.</i>	
		<i>Processus 7. qvorum sunt</i>	<i>Duo transversales seu laterales, qvi longiores sunt.</i>
	<i>Specialis in vertebras</i>	<i>Colli 7. superiores, qvorum propria sunt, ut</i>	<i>Quatuor obliqui ; scil. 2. oblique descendentes &amp; 2. obliqui ascendententes. Unus posterior acutus, spinatus, brevis.</i>
			<i>1. Vertebra prima dicatur <i>Atlas</i> seu <i>versatilis</i>, &amp; loco baseos <i>prædicta cavitate una</i> &amp; foramine magno, &amp; loco processus spinati gaudet tuberculo, pro principio duorum muscularum capitum propriorum, scil. rectorum minorum ; &amp; ut processus hujus vertebræ primæ sint longiores, quam reliqvorum colli, processus obliqui sint sinuati superius &amp; inferius, insimul hæc vertebra sinum habeat pro processu dentiformi.</i>
			<i>2. Vertebra secunda appellatur peculiari nomine <i>Epistrophus</i> seu <i>Axix græc. Odontoides</i> ; &amp; habeat processum dentiformem rotundum atque longum, circa quem vertebra prima cum capite tanquam circa axim vertitur ; duo processus obliqui tantum sint condyli, laterales vero perforati.</i>
			<i>3. Seqventium 5. basis superius concava, inferius convexa ; processus bividi, pro commodiori musculo-rum locatione ; laterales perforati &amp; in medio concavi, pro transitu arteriarum cervicalium ad caput, obliqui vero admodum breves, obseruantur.</i>

*meliq solo ordine  
distinguuntur.*

- Dorsi s. Thoracis, qvarum 12. sunt & hæc propria habeant, ut
